

Q. F. F. F. Q. S.

Eja!

SACRA JUNONIA
celebrant

Lectissimum Par Sponsūm,
VIR

Nobilissimus, Strenuus & Consultissimus

DN. GEORGIUS TO-
BIAS Delhafen à Schölnbach / Patricius Nori-
cus, J. U. Lic. & Reip. Patriæ Consiliarius,
VIRI

Magnifici, Præstrenui, Nobilissimi & Consultissimi

DN. TOBIÆ Delhafen à Schölnbach /
Patricii Norici, JC. Diversorum Imperii Ordinum, cum-
primis Reipubl. Patriæ Consiliarii & ad Conv. Imp. Legati,
Universitatis Altdorfinæ ProCancellarii merentissi-
mi, gravissimi,

DIGNUS TANTO PARENTE FILIUS,
&

VIRGO Nobilissima ac Florentissima,

SUSANNA CATHARINA
VIRI

Magnifici, Præstrenui, Nobilissimi & Prudentissimi,

DN. ESAIÆ GUMPELZHEIMERI, S. Cæs.
Maj. & Ser^{mi} Ducis Saxo- Lauenb. Consiliarii,
Reip. Patriæ Ratisbon. Consularis ac Quæstoris quond.
gravissimi b. m. relicta FILIA:

quibus
TÆDAS VOTIVAS

preferunt

FAUTORES & AMICI.

A. Æ. xp, cl^o I^cc LXI.

PRætereas ne soli Veneres natalis, & optes?
 cui dicas alibi: Tu mihi sola places.
 Quiddicam? è Cœlo est a mborum unita voluntas,
 altior & junxit corcula bina manus.
 Ergo quod à Domino factum est, benedicet eidem
 Ipse etiam Dominus: ceu pia vota rogant.
 Evobis surgant nati, illorumq; nepotes:
 in queis Majorum facta decora micent.
 Ne Patriæ Oelhasium Virtus celeberrima desit,
 nunquam ad supremum, lassa futura, diem.

*Nobiliss. & Consultiss. Dn. Sponso, Amico ho-
noratissimo, ita animitus vob. Norimbergæ*

Joh. Michaël Dilherrus.

Hactenus ingenuis, Musæ, impallescere chartis
 Videre & solitis ferre brabæamodis:
 Nunc TE Juno sibi poscit, tædasq; jugales
 Præfert, & properat nectere ferta TIBI,
 Optima spes patriæ! Quidnî calidissima vota,
 Cum grege Doctorum, nostra Thalia ferat?
 Ergo vive TIBI! Patriæ TU vive! PARENTIA
 vive! Tuæ Sponsæ vive valeq; diu! 1018462


*Ex animo Consultiss. & Nobiliss. Dn.
Sponso Faut. Honor.
gr.f.*

Daniel Wülfner.
OEL-

OELHAFII sacræ Themidos prænobile lumen,
EXIMII Soboles æmula tota Patris;
Felicem meritò TE prædico, terq; beatum,
Quòd bona fulserunt sydera tanta TIBI:
Dicitur in thalamum siquidem exoptata Puella,
Quæ formosa satis, quæq; pudica satis,
Quæ nummis pollet, clarô quæ sanguine creta,
Virginei quæquè est gloria prima chori.
TE DEUS! appello, thalamo hoc Tua munera poscens,
TU solus poteris prosperitare thorum:
Unanimem noviter vitam, da tempora longa
Nuptis & lesti pignora chara, bona:
Ex illis videant Neptes dulcesq; Nepotes,
Quæ fulcrum stirpis, Qui generisq; sient.

Pridie Calendarum Mai, post habitam
Concionem, bone scœvæ ergo
ad cinebat,

M. Johann: Leonhard: **Frisch**
ad D. Ægid. Pastor.

Filius Oelhafii Magni sibi jungere natam
Gumpelzheimeri gaudet amatq; piam.
Hæc authore Deo rata sint connubia, quodq;
cum casta Sponsus Virgine fædus init.
Aureus amborum digitos velut annulus ambit,
sacrum sic cingat Gratia dia thorum!

gratul. appos.

M. Justus Jacobus **Leibniz**
ad S. Jacobi Pastor.

SPONSE, altum merito Genitore merenteq; nate,
Cæsaribus noto Principibusq; Viris:
Egregie tanti sequeris vestigia Patris,
pridem Doctoris digna brabœia merens.
Nunc quando sacras Sponsus procedis ad aras,
& thalami Sociam sub tua jura vocas,
Quæ magnis pariter prognata Parenteq; Avoq;;
laude etiam propria Virgo corusca micat.
Latus ego adplando, Mecænatiq; Parenti
& Sponsæ atq; Tibi candida fata precor.

Debitæ observantia testandæ
fac.

Joh. Fabricius, ad D. Mariæ
Pastor.

Vultu, Sponse, Tibi ridet Fortuna sereno,
Dum Bona, rite, Ratis, prævertens Noridos Urbem,
Festa Hymenæa parat, Sponsamq; adducit ad aras,
Quam charites, Nymphæq; omnes, Pietasq; celebrant.
Amplius his ecquid sperandum? Summa Parentis
Gloria, quæ & Virtus meruit Tua, plura sequentur.
Sic, sic eveniant! Consus, Nestorq; Senatus
Noriaci, Oelhaius, vigeat, Gnatig; beatis
Latetur tedis, quas jugiter ampla serenent
Commoda Fortuna melioris, & optima Fata!

Nobiliss. & Consultiss. Dn. Sponso, Fautori
opt. bene ominatus f.

Martinus Beer ad Sp. S. Pastor
& P. P.

(o) 80

*Ad Prænobilem, Strenuum & Consultissimum Sponsum,
Affinem honorandum.*

Illa Ratisponæ laus indelebilis annat,
atq; perennabit, dum polus astra feret:

Quod doctos foveat, doctos attollat ad astra,
& cedant rami, silva fluensq; oneri;

Dapsilius doctos invitet, linquat inausum
Nil, quod delicias vel redolere potest.

Haec tenus hæc paucis veluti laus contigit oris,
sic genuina loci laus ea rara manet.

Gumpelzheimeri dictum testantur abundè
Verum, laus quorum non cinerescit humi.

Inde Tibi locus hic gratus, gratissima Sponsa est,
Vinculo Amicitæ Sponse colende mihi.

Ut benè cœpisti, sic porrò tramite recto
Patrissa posthac: sic duplicatur honor.

Moribus, ingenio, Studiis id nomen adimples,
nunc duplca nomen, candide victor abi!

Indivisiis honos iterumq; & iuris eisdem,
Sponsa hodie, adveniat, flammæa vota petunt!

Calidissimo voto, duplex hoc delicatum patrissare,
ominabatur D. Sponso

*Christophorus Ludovicus Dietherr, Patric. Nor.
Jurisprudentia Doctor.*

IANE bifrons, quando clausum fuit undiq;
Templum,

quod statuit Divo ROMA vetusta Tibi,
Pacis erat signum. Sponsis ubi mente sedebunt
conclusæ Pietas unanimisq; Fides,
Pax erit in domibus, Sobolem Pax alma ciebit,
in Cœlis tandem Pax nova fert a dabit.

Nobiliss. & Excellentiss. DnDn. SPONSIS
animitus optat

J. G. Fabricius D., Com. Pal. Cæs. &c.

Feliciter, duce dum juvenis Raphaële *Tobias*,
 Invenit Sponsam, non sine dote, piam.
 Accidit hoc nostro, duce & Immanuele, *Tobia*,
 Cujus in amplexus Sponsa petita ruit.
 Filius *Oelhafsi* est Magni, cum laude, *Tobia*,
 In Juris Studiis æmulus atq; Patris.
 Comprecor hinc ejus thalamo tot munera Cœli,
 Cœrulei guttas quod capit *olla olei*.

Dasist zu Teutsch:

Tobias seine Braut hat auf der Reis bekommen/
 Als er den Raphael zum Gleitsmann hat genommen.
 Unser Tobias hat Christum den HErrn gehabt
 zum Gleitsmann und ist auch mit gleichem Glück bes-
 gabc.
 Ein Sohn er *Tobia* Oelhafens wird genennet/
 Der zu den Rechten/ gleich dem Vatter/ sich bekennet.
 Drum ich zu seiner Eh/wunsch so viel Himmelsgnadt
 So viel ein Hasen voll Oels/Tropffen in sich hat.
 Da sagt man nun billich/in diesem Jahr:
 Kein Mangel also ganz entsteht/
 VVann Desz DeLhafens Segen geht.

*Nuptiale hoc votum animitus
 adjicebat,*

Magnifici Dn. Parentis,

&

Excellentissimi Dn. Filii Sponsi,
 Confessionarius,

*M. Johannes Gundermann Diaconus,
 & Senior, in Aede Egidiana.*

Hoch-

Hochzeit-Gesang.

Nach der Weise: Allein GOTT in der Höh/ ic.

1.

 En Eßtand hat GOTT selbst erdacht/
 Im Paradeises Garten/
 Da Er das erste Par gemacht/
 Und hat sie heissen warten
 Auf Seine Güte Gnad und Treu/
 Die Er schafft alle Morgen neu/
 Und reichlich lässt walten.

2.

Und wie Er selbst gestift den Stand/
 So macht Er auch beglücket/
 Das Ehvolck das ihr ehlich band/
 Nicht nur nicht wird zerstücket/
 Er ordnet auch viel Glück und Heil/
 Und lässt sie an allem Theil/
 Das beste gut erhalten.

3.

Ja; Er ist auch noch dieser Zeit/
 Der Stiffter keuscher Flammen/
 Er selbst der HERR der Herzlichkeit
 Bringt manches Par zusammen/
 Das oft einander nicht gekennt/
 Dieweil sie Land und See getrennt/
 Und weit entfessen waren.

4.

Denn GOTT der diese Ordnung hat/
 Von Anbeginn der Erden/
 Verfaßt durch heilig klugen Rath/
 Wil nicht daß sie sol werden
 Vor Ausgang dieser Welt zerstört/
 Daher es fort und fort geschicht/
 Daß sich zwey Liebe paren.

5.

Wer demnach in die Eh tritt ein/
 Nach Gottes Ordnungsweisen/

Ran allerdings versichert seyn/
 GOTT werde es billich heissen /
 Ja, GOTT sey selbst der HeyrathsMann /
 Der solches Feuer zündet an /
 Dem Mann das Weib versehen.

6.

Und was Er selber angericht /
 Das wird Er ferner fügen /
 Daß ja kein gutes mangle nicht /
 Zu derer Wohlvergnügen /
 Die seine Schickung nehmen an /
 Und gläubten daß was GOTT gethan /
 Aufs beste sey geschehen.

7.

Wohlan Ihr Edles Neues Par !
 Die Ihr in diesem Orden /
 Der Reuschen Ehverlobten Schar /
 Nun auch verpflichtet worden ;
 Der GOTT der alle Liebe stift /
 Hat auch das Band das Euch nun trifft /
 Im Himmel selbst gefüget.

8.

Drüm wird Er auch hinfert der Zeit /
 Sich allzeit den bewähren /
 Der Euch wird Segen Glück und Freud /
 In Eurer Eh bescheren /
 Und wie Er euch in fremdem Sand /
 Versetzt in diesen Liebesstand /
 Euch halten stets vergnüget.

Zu unterdienstlichen Ehren

Auf dero angestelltes Eh- und Ehrnfest /
 übersendet

von

J. C. Arnschwangern.

FAMA.